Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Denunciatio ibi subsequitur
Circa primum dicitur Dixe-
runt (ergo) maiores natu ad quos
spectabat cura totius populi
Quid faciemus reliquis qui
adhuc manebunt ducenti
viri de beniamin absque ux-
oribus filias vestras eis da-
re non possumus dicitur ta-
men communiter quod poterant
quia filij beniamin non poterant
ducere alienigenas uxores
et sic iuramentum illud vide-
batur esse contra carita-
tem quia erat contra re-
parationem unius tribus que
reparatio cedebat in bonum
communitatis populi et ideo non
erat servandum veruntamen
men quia tunc temporis
horridum erat frangere
quodcumque iuramentum
ideo habuerunt aliud consi-
lium videlicet quod filij beniamin
non habentes uxores veni-
rent latenter prope locum sy-
lo et ibi de virginibus du-
centibus choros acciperent quilibet
secundum numerum suum et fugerent
in terram beniamin nec
maiores natu hoc con-
sulentes venerunt con-
tra iuramentum suum qui-
a nullus iuraverat nisi
de proprijs filiabus similiter
nec patres earum quia non
fuerunt in hoc consilio nec
dederunt eas similiter.
nec filij beniamin eas ra-
pientes peccaverunt quia
hoc fecerunt de mandato
illorum ad quos spectabat
cura totius populi ut dictum
est et probabile est quod ille
virgines consenserunt in
matrimonium antequam cog-
noscerent ab eis et ex dictis
patet littera usque ibi Mise-
remini earum non enim
rapuerunt iure bellantium
atque victorum sed rogantibus
ut acciperent non dedistis
et vestra parte peccatum
est non propter negationem
dandos quia sic etiam ma-
iores natu hoc allegantes
essent in consimili culpa
eo quod suas filias illis non
dederat et sic non haberent
frontem sic loquendi Sed
istud peccatum est intelligendum
eo quod non custodierant fili-
as diligenter sed permise-
runt eas ducere choros per
campos ubi poterant ra-
pi eo enim ipso quod iuraverat
non dare eas filijs beniamin
debebant eas sic custodire
quod illi non haberent facul-
tatem rapiendi Sic ergo
exponitur hic passus secundum
translationem nostram
In hebreo autem habet-
ur Miseremini eorum non
enim cepimus viro uxorem
suam in bello nec vos de-
distis eis quo tempore cul-
pamini quod sic exponitur
hebrei Miseremini eorum
ut possint reparare tribum